



Disputatio juridica inauguralis de obligationibus realibus

<https://hdl.handle.net/1874/340701>

DISPUTATIO JURIDICA
IN A U G U R A L I S,
DE
O B L I G A T I O N I B U S
R E A L I B U S,

Q U A M
DIVINO N U M I N I S A U S P I C I O
Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,
D. JOHANNIS van MUYDEN,

Jur. Utr. Doct., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,
N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissimae
Facultatis JURIDICAE Decreto,*
P R O G R A D U D O C T O R A T U S,
Et summis in U T R O Q U E J U R E honoribus & Privilegiis
rite, ac legitime consequendis,

Eruditorum Examine subjicit
G U L I E L M U S E X P A L U D E, Haga-Batavus.
Ad diem 19. August. horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō lōc LXXXVII.

DISPUTATIO JURIDICA
IN OGGRESSU
DE
OBLIGATIONIBUS
Omnibus suis Amicis confan-
guinitate, affinitate, & qua-
cunque necessitudine junctis,
quibus reverentiam & amo-
rem debet,

Hanc Disputationem Inauguralem

Dicat & Confecrat

GULIELMUS EX PALUDE.

Auct. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
Obligationibus Realibus.

THESIS. I.



Uamvis in omni obligatione Consensus adesse debeat, tamen hic solus non semper sufficit. Alia quandoque solent accedere, ex quibus diversæ obligationum species. Nos hoc loco eas solas sumus tractaturi, quæ Rei tam traditæ quam reddendæ interventum ad perfectionem sui desiderant. Suntque *Mutuum*, *Commodatum*, *Depositum*, *Pignus*.

II.

Mutuum est creditum quantitatis eâ lege datæ, ut reposcenti tantundem reddatur. Quantitas ea notat, quæ numero, pondere, mensurâ constant, ut indè æstimentur,

4 DISPUTATIO JURIDICA

tur, & in commercio sint. Hæ res Fungibiles dictæ, quod à naturâ sint ita comparatæ, ut aliæ aliarum vice fungantur. Tota utilitas earum in consumptionis commo-
modo: Quæ causâ est, quod dominium in accipien-
tem, sive Mutuatarium transferri debeat; undè contra-
ctus hic nomen mutui accepit, quod de meo tuum fiat.

I I I.

Datur res in mutuo, non speratur. Quamobrem con-
ventio, de certâ quantitate mutuò dandâ, mutuum non
est, sed nudum pactum, absque stipulatione, jure civili ne-
quaquam obligatorium. Nihilominus, si quantitas, ex
causâ depositi, penes quenquam sit, eam nudâ volun-
tate posse transferri, & per brevis manus fictionem in
mutuum converti, non dubitamus.

I V.

Lex mutui est, ut tantundem reddatur, res, nempè,
generis & qualitatis ejusdem, non in specie eadem. Hinc
mutuatarius, quum genus, cujus debitor est, non per-
eat, Rei datæ interitu qualicunque non ita liberatur, quin
creditori hoc nomine actio competat, quæ certi condi-
ctio vocata est. In nummis hoc speciale, quod si cre-
ditor nullum damnum sentiat, argentei pro aureis, &
contrâ aliis formæ ac materiæ, quam quâ dati sint, red-
di possint, salvo mutuo. Valor enim, publicâ lege iis
impositus, maximè respicitur.

V.

Commodatum rem quoque commodatario dat, sed certo modo gratis utendam, eâ lege, ut eadem reddatur in specie. In hoc contractu non dominium transferitur, ut in mutuo, sed solus usus pro tempore conceditur, ut ipsius rei proprietas, & possessio in dante remaneat. Casus insuper fortuitus accipientem liberat, si absque facto suo, vel culpâ contigerit, quia res suo domino perit; quod tamen fecus in mutuo.

VI.

Quumque totus hic contractus in utilitatem accipientis, non autem dantis, vertatur, ille culpam & diligentiam præstat; Neque sufficit tantam diligentiam adhibuisse, quantum suis propriis rebus adhibet, modò alius diligentior rem potuerit custodire; In dante etenim, qui, ex amici officio, liberalitate sua usus est, & rem gratis contulit, suum beneficium nullo modo debet esse damnosum.

VII.

In *deposito* res gratis custodienda datur & accipitur, eadem in specie reddenda, ubi danti libuerit. In ipsis nummis eadem corpora deposita restituenda; nisi fortè convenerit, ut depositarius, si opus foret, iis uteretur, & tantundem redderet; licet hoc depositi terminos transcendat.

VIII.

Depositarius non æquè, ac deponens, officio suo liberatur, ubi rem antè tempus constitutum vult reddere: Quia, cum contractus deponentis solius causâ sit, etiam ad hujus voluntatem debet dirigi, quæ non implenda est, si pro libitu depositarii, suo cum incommodo, rem cogatur recipere. Aliud dicendum, ubi causa justissima depositarium urserit.

IX.

Ex eadem ratione, depositarius nullam leviolem culpam præstat, nisi ultrò se deposito obtulerit, vel de culpâ etiam præstandâ conventum sit. Latam tamen culpam, quæ dolo æquiparatur, eum præstare, & ad suum saltem modum rem depositam debere curare, æquitati congruum videtur.

X.

Ultima Contractuum Realium species est *Pignus*, in quo Res à debitore traditur creditori in securitatem, restituienda, ubi debitum solutum est. Certum quidem, nudâ conventionem pignus contrahi posse, quamvis nondum tradita res sit: Sed negamus, hoc pacto creditorem ex pignore posse obligari. Atque adèd de pignore propriè dicto noster sermo est, cujus possessio in creditorem transit, non de hypothecâ, cum res apud debitorem manet.

X I.

Actio pignoratitia toto cœlo ab hypothecaria, quæ quasi Serviana dicitur, differt. Hæc enim in rem est, prætoriam, & creditori competens contra quemcunque possessorem: Illa verò nostra in personam est, Civilis, & data debitori, adversus solum creditorem: Quin & hypothecaria definit, jure pignoris soluto; quum pignoratitia tunc demum efficaciam suam habeat, ac se prodat.

X I I.

Tandem, in pignore, quod dantis & accipientis, atque adedò utriusque, tam debitoris quam creditoris, utilitatem respicit, non levissima culpa, ut in commodato, sed levis præstat, ut exacta, sive media diligentia sufficiat, qualem bonus paterfamilias in rebus suis custodiendis adhibet; licet non sit exactissima, ad normam diligentissimi metienda. Unicè monendum, actiones commodantis, deponentis, pignori tradentis, ut rem, quam dederunt, recipiant, directas vocari; commodatarii verò, depositarii, creditoris, de sua indemnitate, quæ impensas in rem factas meritò repetit, contrarias dici.

F I N I S.

TRAJECTUM RHENUM,

Ex Officina Francisci Hæverlii, Academicæ

Typographi, de Is. Læxovii.

